



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

26. Ex eodem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ex eodem.

XXVI. Ante inscriptionem nemo effici-
tur criminofus. Nam inscriptione per ordinem
facta, tunc à iudice fufcipiendus est reus, &
custodiæ cum accusatore tradendus.

Interpr. l. 19.
Cod. Theod.
cod. tit.

De his qui Epifcopo aliquam injuriam vel
dehonorationem fecerint. *Ex libro*
VI. Capitularium Karoli Regis capite
XCIX.

XXVII. Si quis Epifcopo aliquam inju-
riam aut injuftam dehonorationem fecerit,
de vita componat, & omnia quæ habere visus
fuerit, Ecclesiæ cui præesse dinofcitur focien-
tur, & nobis in triplo bannus noster, id est,
lx. folidi perfolvantur; aut ipse in fervitio fi-
co nostro ferviturus femper focietur, ufque se
redimere in triplo juxta vvirigildum suum po-
tuerit. Sancta verò Ecclesia in sacerdotibus
constat. Idcirco magna pœna plectendi sunt
qui Epifcopis vel reliquis sacerdotibus inju-
riam vel contumeliam fecerint. Nam detra-
ctio sacerdotum ad Christum pertinet, cujus
vice legatione in Ecclesia funguntur.

Lib. 6. Capi-
tular. c. 98.

Quæ pœnitentia imponenda fit his qui furem
aut latronem interficiunt.

XXVIII. Si fur aut latro captus in præda
absque occisione potest comprehendi, & ta-
men interficitur, quia ad imaginem Dei crea-
ti & in nomine ejus baptizati sunt, interfe-
ctores eorum quadraginta diebus non intrent
in Ecclesiam. Lanca veste induti, ab escis &

Burchard. lib.
11. c. 60.
Ivo parte 13.
c. 46. & apud
Gratian. 134
q. 2. c. 32.